

qui literis incumbunt, aut literarios honores adipiscuntur, ullus est, qui non eam profiteatur. Auctorem seu Principem Philosophorum Confatium, de quo supra, agnoscunt. Hæc porro secta idola non colit, sed nec habet. Vnum Numen veneratur, ideo quod ab eo conservari gubernarique hæc inferiora omnia arbitretur. Spiritus etiam, sed inferiore cultu, & contractiore dominio colit. Germani literati conditi orbis nec modum, nec auctorem, sed neque tempus docent. Germanos ideo dixi, quia nonnulli minus celebres, somnia quædam proponunt, sed nugacia, nec vero similia, quibus etiam ideo nulla fides adhibetur.

In hac lege de præmio bonorum ac malorum sermo est, sed fere arbitrantur id in hac vita dari, & vel in auctorem, vel in ejus posteros, pro meritis, redundare. De animis immortalibus antiqui vix  
videa-